

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Monachus a
cum fontibus proximo et primis

Manipulus florum, Monachus a:

Nimis dolendum est, si ad tam ruinosam superbiam monachos subrigimus et tam graui contumelia clericos dignos putamus, ut scilicet dicatur quod malus monachus bonus clericus est cum aliquando bonus eciam monachus uix bonum clericum faciat.

Augustinus ad Aurelium.

Fons proximus:

Praeterea, Augustinus dicit, *ad Aurelium*:

Nimis dolendum est, si ad tam ruinosam superbiam monachos subrigimus, et tam graui contumelia clericos dignos putamus,
← ut scilicet dicatur quod
«malus monachus bonus clericus est»:
cum aliquando bonus etiam monachus vix bonum clericum faciat.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 184.8.3 (P. Caramello ed., pp.803-4).

Fontes primi:

...si desertores monasteriorum ad militiam clericatus eliguntur, cum ex his, qui in monasterio permanent, non tamen nisi probatiores atque meliores in clerum adsumere soleamus, nisi forte, sicut uulgares dicunt ‘malus choraula bonus symphonicus est’, ita idem ipsi uulgares de nobis iocabuntur dicentes ‘malus monachus bonus clericus est’.

→ *nimis dolendum, si ad tam ruinosam superbiam monachos subrigimus et tam graui contumelia clericos dignos putamus,*
in quorum numero sumus,

← *cum aliquando etiam bonus monachus uix bonum clericum faciat,*

si adsit ei sufficiens continentia et tamen desit instructio necessaria aut personae regularis integritas.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 60.1 (CSEL 34.2, A. Goldbacher ed., pp.221-2, ll.12-22, 1-2).

Praeterea, Augustinus dicit, *ad Aurelium*:

Nimis dolendum est, si ad tam ruinosam superbiam monachos subrigimus, et tam graui contumelia clericos dignos putamus,

→ *ut scilicet dicatur quod*

«malus monachus bonus clericus est»:
cum aliquando bonus etiam monachus vix bonum clericum faciat.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 184.8.3 (P. Caramello ed., pp.803-4).